

Y²
5985





AD ACTVM GRATIORVM
 DOMINI
SIEGFRIED BECKII
 THEOLOGICAE DOCTORIS, PASTORIS ET SUPERINTENDENTIS
 DE ECCLESIA TWINGIAE MONTIS MARIENBURGENSIS
 QUINQUEGINTVM OFFICII SACRDOTALIS
 150 DIE ASCENSIONIS CHRISTI D. XVI. MAY.



TWINGIAE THEOLOGICAE
 SACRDOTALIS OFFICII





In consortio familiarium quorundam nuper quaesitum est: quo pacto, rerum in Ecclesia gestarum memoriae recte condi, colligi, tuto & adseruari, & ad posteros transmitti queant? Alia aliis suadentibus, unus e medio, velut in commune consulturus, vellem, inquit, in quavis Ephoria viros esse, publica auctoritate constitutos, qui, quod fit quotidie tum in templis, cum in Clericorum domiciliis & scholis, ad posteritatem memorabile, bona fide annotatum, censurae publicae submitterent, Ephororumque manibus traderent, in tabulis publicis asseruandum, e qua materia postmodum filum deduci posset, veluti ex ipso ore & calamo, testium, omni exceptione majorum. Si enim quaeris Historia *από τῆ ἐφιστάδαι τὰ ὁρώμενα* deducta videtur, sequitur, nullam fidem in historia esse majorem, quam quae fit ocularis, & vt philolophi dicunt, sensata quaedam cognitio & asserio, falli & fallere nescia.

Mihi quidem enarraturo SINGULARIA quaedam dicta, facta, aut fata EPHORORUM ZWICKAVIENSIIUM, quae vel ab aliis profus intacta, vel obscure dicta, atque adeo male intellecta, vel falso in Annales relata, nescio, quam molestem facessuit negotium, dignoscendi verum a falso, rei sic, vel aliter actae. Vt enim

dicam quod res est; Quicquid in sacris a Luthero repurgatis per totam *Διοικησιον* nostram accidit memoratu dignum, si a schedulis quibusdam manu, vel typis expressis, discedas, id omne habemus vel e Laurentii Wilhelmi Descriptione urbis Cygnaeae *a)*, vel e Tobiae Schmidii *b)* Chronicis Cygneis, quorum fidem in pluribus secutus Illustris Sekendorffius, in Hist. Lutheranismi, in pluribus etiam falsus est. Fatentur quidem ambo: Sie haben ihre Chronik aus bewährten Archiven und andern bewährten Autoren hergenommen.

Vero autem simile est, multa hausisse e scriptis fallacibus, vel minus recte intellectis, aut ex grammatophylaciis confusis, mancis, mutilis & expilatis, aut ex falsis privatorum hominum MSC. Quoties enim fit, ut scripta publica, saepe etiam authentica, reperiantur in aedibus priuatis, aut myropolarum tabernis, quae longe ante nostra tempora mutuo acceperunt vel e bibliotheca, aut Ephorum Scriuii. Ideo mirum non est, viros optimos legitimis documentis, & probatis testibus destitutos ad lucem veri pertingere vsquequaque non potuisse. Iniquum tamen existimo, viros bonos & innocuos nescio, cujus? inscitiae, fœcordiaeque insinulare velle, quemadmodum plures esse scio, qui si quandoque rem aliter actam esse intelligunt, in viros debacchari soleant, nihil tale meritos. Ibant, qua poterant, qua nequibant stabant. Sed iidem illi, qui haec Chronica ita suggillant, nodosum illud filum Ariadneum nunquam e manu mittunt, & citra horum Auctorum indicia pluribus in rebus nec nare, nec vadare sciunt. Inventis facile est, aliquid addere.

Nos autem singularia quaedam memoraturi Ephorum Zwickaviensium dicta, facta & fata, non inconsultum putamus, seriem eorum inde ab obscuro tempore repurgatae doctrinae, veluti per scalam repetere; quemadmodum e PL. Rev. M. I. G. Welleri, Diaconi Mariani famigeratissimi, amici nostri & compatriis conjunctissimi, quem rerum earum doctissimum, studiosissimum, & fere insatiabilem esse novimus (cui soli Historiam sacrorum Zwickaviensium, ipsiusque Chronici emendandi, augmentandi, supplendique curam demandari velim) coll. Clancorum, quae ultra viginti retro annos e Bibliotheca nostra, ad quam liber ei accessus semper patuit, moleste sedulus collegit, pharetra multa nobiscum communicata sunt.

Quatuor

a) Wilhelm, Cantor ad D. Mariae, auctor; Tob. Schmidius, Scholae Patriae tum Conrektor, editor fuit, quod ex ipsa dedicatione Schmidiana ad Senatam & Literatos, ad Ministros Eccles. Collegas Scholae; & Cives elucet. Zwickav. 16 Sept. 1633. in 4. 1 Alphab. und 9 Bogen.

b) Qui ante Lycei ConR. postmodum ad D.

Cathar. Diaconus erat. Edidit hunc librum Chronic. viginti tres annos post, Zwickaviae 1656, in 4. duobus Tomis eod. anno editis. Prioris Tomi praefatio est ad Seren. El. Joh. Georg. II & III posterioris ad Ampl. Senat. nostrum & Cives honoratioris. zusammen 8 Alphabet. Den hintern Theil nennt er Annales Zwickav.

Quatuor vero potissimum in locis descriptam memini Ephorum Zwickav. seriem, & res in Ecclesia gestas, sed non ita dispositas, prout gestae sunt. Iam de his agemus sigillatim.

I. Laurentius Wilhelmus, natione Schoenburgicus, Cantor Marianus *e*), cujus Chronicon extat in Bibliotheca, in serin. VII. Loc. VI. n. 3. II. Primus fuit, qui seriem Ephorum Zwickav. concinnavit. p. 89. quem Tobias Schmidius presse secutus p. 388. seqq. hoc ordine:

M. Nicolaus Hausmann.

M. Georg Hala.

Conradus Cordatus.

M. Christoph. Eringius.

Leonhardus Bayerus.

M. Ioh. Petrejus. &c.

Sed uterque falsus est nomine Conradi Cordati, (vt Daumnus annotavit in margine,) qui ad hanc dignitatem non ascendit, nec unquam Pastoris, sed Concionatoris partes egit. Pastores enim praeter liberam potestatem concionandi, habebant etiam curam rerum sacrarum singularem; Concionatores vero, non item, sed ad id solum destinati erant, vt populum instruerent orationibus sacris, pro pristino more Romano-Catholicorum.

Concionatorum vero istorum haec series erat:

Joh. Sylvius, s. Waldenauer, 1521.

M. Joh. Zeidler, (ante Rect. Lyc.) 1524.

Paulus Lindemann, ab anno 1524-1529.

Conradus Cordatus, a. 1529-1531.

Joh. Sylvius Egranus, alterum 1532.

Christoph Eringius. a 1533-1540.

Hic postremus eodem anno fidem obstrinxit officio Pastoris Catharinei; Postea vero cessavit id munus Concionatorium in Aede Mariae. In Templo Catharineo perennavit, ad Sec. XVII.


A 3

II. Re-

e) Vir pius, bonus, probus, felix Grammaticus, Musicus, Poeta latinus, pictor & Ichographus, utpote qui non solum insignia Zwickaviensia affabre incisa subiecit Chronico suo, cum hac eleganti inscriptione:

Henricus sanctus dedit haec insignia Zwickae.

Ejus notificans Martis & artis opus;
Sed & praeterea Zechendorffium, Rectorem tabulae aeneae incidit, & alios, editurus ipse Chronicon, multis impensis elaboratum, sed lue pestifera laborans, commisit ConR. Tob. Schmidio, qui &, (auctore mortuo,) partui obstetricatus est. 1633. vid. die Worrede dazu.



II. Recensetur eadem series Pastorum & Superintend. Zwickav.

in unschulbigen Nachrichten. anni 1716 p. 532.

hoc ordine: Stephan, Güller, Pontificiorum vltimus.

Nicolaus Hausmannus.

Conradus Cordatus.

Leonhardus Bayer &c.

Errant autem in eodem Conrado Cordato, & ipso nomine Güller, perperam scripto; verum Nomen erat Stephani Gülden, a Cive Zwickav. Stephano Gülden, & Barbara, vxore natus. Zwick. 1503. d. 26 Marty.

Successit huic Cordato Donatus Gros, Qui vero non Zwickav. (vt tum loqui amabant) residentiam habuit, i. e. habitauit. Monui jam in Progr. meo ad pacem Religionis 1755, Pastorem eo tempore dictum esse Plebanum. Jus Patronatus erat penes coenobium Monialium Hsenbergense, quae Praebendam, i. e. Plebani officium committebant, cuiusque vellent, qui tamen velut redhostimenti loco tenebatur certam pecuniae summam quotannis praeflare Coenobio.

Plebanus autem pro more temporum, aliis quoque gaudebat beneficiis, & si quando peregre esset, habebat vicarios, qui absentis vices peragendo, colligebant redditus Plebano reduci praeflandos. Id, quod & Zwickaviae accidit, tempore Donati Grossii d).

III. Recenset etiam Iecander, im ißtlebenden Ministerio in Sachsen, Ordinem Pastorum Zwickav. p. 249. Sed idem, vt fit, vera falsis immiscet.

IV. Accedit Carl Gottlob Dietmanns Priesterschaft im Churfürstenthume Sachsen, Vol. III. sub Tit. Zwicf. Superintendentur. Qui quidem schedulam nostram e bibliotheca, roganti transmissam, presse secutus, & in alleganda serie non errauit, interim tamen nonnulla ad res Zwick. sacras pertinentia, e suo videtur effinxisse cerebello, quae a vero abludunt.

His praemonitis

Ipsi jam enumerabimus Pastores & Superintendentes

Inflo

d) vide de hac re Programma meum, ad Diem Fest. Pacis religionis confirm. 1755. 25. Sept.



Iusto Ordine.

Nicolaus Hausmannus, vocatus. 16 Maji 1721.

18. ej. solemniter modo receptus. Decem annis post, in officio peractis, discessit Deslaviam, moritur Frybergae 1533. d. 1 Sept.

M. Leonhardus Bayerus accessit 1533. discessit 1549.

Georgius Hala *δοκιμασιαν* habuit 24. Febr. 1549. vocatus d. 18. Marty 1549. discessit 30 Aug. 1533. Lizam ad Æd. S. Michaelis.

M. Christoph Ering accessit 1533. moritur. 20. Febr. 1554.

M. Joh. Petrejus, *δοκιμασιαν* habuit. 11. Apr. 1554. in templo S. Cath. 1. die Martis vocatus ad Æd. D. Mariae. 6. Jul. eodem anno, discessit Muhlham 1570.

M. Abraham Streberus acc. 1570. moritur 1577.

M. Adam Berenwalder, acc. 1578. moritur, 1585. aet. 85.

M. Wolfgang Held, acc. 1585. discessit 1593.

M. Vitus Wolfrum l. Wolfram, *δοκιμασιαν* praestitit, d. 18. Maji 1593. introducitur 3. Oct. 1593. moritur d. 9. Aug. 1626.

M. Laurentius Andraea, concionem *δοκιμασιαν* habuit 23. Nov. 1626 accessit 14. Febr. 1627. concionem inauguralem Dom. Reminisc. 21. Febr. discessit 9. Maji 1632. Mortuus 1633. Martisburgi, quo se receperat.

Eusebius Bohemus, vocat. 24. Sept. 1632. accessit 27. Jun. 1633. Moritur eodem anno, pestilente.

M. Peter Kirchbach, *δοκιμασιαν* praestitit 6 July 1634. introducitur 16. Nov. 1637. moritur 12. Marty 1636.

D. Balthasar Balduin, acc. 1638. discessit 1648. Ratisbonam.

M. Bartholomäus Stäpner, accessit 1649. moritur 1659.

L. Gottfried Siegismund Peisker, accessit 1659. moritur d. 1. Oct. 1678.

D. Caspar Loescherus, *δοκιμασιαν* habuit 1. Maji 1679. Accessit d. 9. Maji. Concion. inaugural. habuit Fer. I. Pentecost. discessit 20 Sept. 1687.

M. Johann Christian Schlegel, Concion. *δοκιμασιαν* habuit 29. Jan. 1688. ad officium aggressus 31. Marty Domin. Palm. Moritur 1699.

D. Christian Gottbulf Bluhmberg, accessit 1700 moritur 1736.

D. Siegfried Beck, acc. 1735. d. 30. August.

Concionem



Concionem *δοκιμασμένην* habuit, 15. Maji ej. anni. In Colloquio Dresdensi fuit 20. Maji ej. anni. Concionem accessoriam habuit 4. Sept. XIII. p. Trinit.

Et primus est, qui inde a reformationis tempore Jubileum celebrat Officii facri quinquagesimale Zwickaviae.

Quem Deus utriusque Reipublicae, Scholae, Familiae, ultra Moysi aetatem, saluum & sospitem conservet!

Hanc veram Ephorum Zwickav.

Seriem esse, dubitabit nemo, cui accessus dabitur ad annalium Zwickavien-
sium, praesertim rerum sacrarum, pulpita. Sequitur, ut, (quod promissimus) singu-
laria quaedam de singulis commemoremus, non biographorum more, qui ab ipsis
Virorum incunabulis exorsi, totum vitae cursum, una cum omnibus, quae circum-
stant, rebus, delineare solent; Sed epitomatorum jure, qui paucis multa dicunt, &
sibi id solum vindicant, quod non omnibus notum & manifestum est.

M. Nicolaus Hausmannus, Fryberg. Misn.

Hunc primum fuisse, qui Evangelicorum sacra administravit, Niuemontii, testatur
Boissardus *e*). Plura de hoc jam sunt prodita in Progr. nostro seculari, circa pacem
Eccles. Eu. confirmatam 1755. 25. Sept. in 4to, quo lectorem remittimus. Id vero huc
repetendam est, quod Stephanus Siberus, Pastor Schoenaviae ad Muldam 1542. ei ti-
tulum fecerit Episcopi *f*) & quod ipse Lutherus Hausmannum Episcopi nomine
insigniverit *g*). Est enim *ἐπίσκοπος* idem sit, ac Ephori, & Superintendentis; tamen
eo aequo dabatur nulli, nisi personae graui & illustri. Idem Lutherus in litteris 1527.
in die Margaretae datis, vocat eum Majorem suum in Christo, & in aliis, 13. Febr.
1529. scriptis: *Seinen ehrwürdigen Aeltesten in Christo*. De quo dixit: quod nos
docemus, ille viuit *h*). Eo nimirum tempore Superintendentis nomine nemo cluit
in hac terra. Circa annum autem 1528. coepit adhiberi nomen Superattendentis,
quod postea in Superintendentis nomen transiit, quanquam promiscue vsurpetur hoc
aeno nomen vtrumque. Et hoc memorabile puto, quod contra Hausmannum cala-
mum finxerit D. Henr. Emserus, Georgio Barbato a secretis aulae *i*) quem Luthe-
rus per ludibrium *Doct. Emser* dicere solitus, depexum dedit, antea sibi amicissi-
mum, quod inde probo, quod Hausmanno dedicauit librum *k*).

Nec

e) In Bibliotheca Chalcographica illustr. Vi-
rorum. confer. M. Tob. Schmidii Chron. P. I.
P. 388.

f) vid. M. H. A. Schumacheri, Rect.
Grimm. Hist. Adami Siberi p. 12.

g) v. Tom. Halens. XXI. p. 805.

h) v. Tom. Halens. XXI. p. 1567. it. p.
1400. Vid. Seckend. H. Luth. C. I. p. 178.

i) Unschuldb. Radr. anni 1720. p. 27.

k) ibid. p. 21.

Nec hoc praetermittendum puto, quod Lutherum consulerent: an officium sa-
erum in hac vrbe suscipiat, nec ne? a Luthero responsum sit: Si pasturam assumis,
Papae & Episcoporum hostem Te facies, illorum decretis repugnans; Si repu-
gnaueris, Christi Hostis eris 1).

Varia Elogia quibus a Luthero maclatus fuit noster, vid. apud eundem m).
Inde colligimus, Virum fuisse meritorum laude maximum n).

Opus autem reformationis strenue peregrisse, luculenter inde patet, quod, cum
Stephanum Rothium introducturus in Lyceum anxie ea de re quaereret, respon-
sum a Luthero acceperit: *σπευδε βραδέως*, in Epist. 1527. ad eum dat. Quid? quod
ex Epistolis ejus ad eundem scriptis, & a Luthero acceptis, intelliges: Hausmannum,
si cum aliis comparaueris, etiam doctissimis, ita caput extulisse: Quantum lenta so-
lent inter viburna cupressi. Hausmannus 1528. Desslauiam vocatus, docuit Anhalti-
nos Principes Georgium & Joachimum, cum plausu. Sexagenarius Frybergae
anno 1583. i. Sept. XI. p. Trin. ex alto suggestu verba faciens, vertigine cor-
reptus, in media concione desitit, diemque claudit supremum o).

II. Leon-

1) Seckendorf, *ibid.* L. I. Sect. 45. §. 109. *Unschult. Nachr.* p. 1023. ad annum 1742.
110. it. p. 886. ad annum 1719.

Verba ipsa leguntur, L. I. Epistola *Unschult. Nachrichten* 1721. p. 636.
Luth. Ep. 222. p. 65. 1717.

m) v. Seckendorf, c. I. L. III. n. 40. conf. *his versiculis:*
his versiculis:

Dum patriae Pastor mysteria coelica tractat,
Sermonis medium concidit inter opus.

Georgius Fabricius carmine luxit exanimem elegantissimo.

Valerius Cordus Simesius autem his verbis:

Qui, dum saluifici spargit pia semina verbi,
Magnaue dicentis pendet ab ore cohors,
Continuo rapitur, (res est miranda) docentis
Spiritus, & celsi fertur ad castra poli.

Item, Adamus Siberus, Schoenauiensis:

Hoc nec major erat quisquam; pietate, fideque;
Nec rectis studiis, iustitiaque prior.

Lutherus hat über den Tod dieses Mannes und Camerario gesagt: Also nimmt Gott
den ganzen Tag mit Trauern zugebracht, die Frommen weg, wird hernach die Spen
endlich aber zu Justo Jona, Melanchthoni verbrennen v. Schmidt, c. I. p. 390.

B

II. Leonhardus Bayer.

Vir doctrina & eruditione famigeratissimus. Rogatu Princ. Heinrici Pii, vna cum D. Justo Jona, Spalatino, Frybergam missus, ad ordinandam Ecclesiam, a D. Schenk, & contribulibus, vehementer turbatam. Qui tandiu Frybergae moratus, donec, emisso Schenckio, aliis accederet Ephorus *p*), paulo dignior.

Bayerum illum ejusd. ordinis fuisse, quo Lutherus, i. e. Monachum Augustinum, docet Seckendorffius *q*). Eodem nostro, Lutherus, cum 1518. Mense Majo ab Elect. jussu Heidelbergae disputaret, Respondente vsus est *r*). Idem insigni elogio condecoratus fuit a Balduino, Poliographo Viteberg. in Litt. ad Stephanum Rotinum, quas vide *s*). Idem Bayerus 1547. ab Elect. Sax. Zwickâ avocatur, vt sacerdotis munere fungeretur in castris *t*).

Lutherus Bayero interroganti: quid de infantibus in vtero Matris baptizandis statuendum sit? lepidè respondet in Epistola 1533. ad eum data *u*).

Idem asperam altercationis ferram reciprocavit cum M. Christ. Eringio, Collega. Id, quod patet e litteris Phil. Melanchthonis, Crucigeri, & Bugenhagii 1548 *x*).

Acerrimum praeterea purioris doctrinae fuisse vindicem, testatur id, quod cum in Fest. III. Regg. a Senatu Zwick. subscribendus ei mitteretur Libellus, quem vocant, Interimisticus, Lipsiensis, loco cedere, quam subscribere maluit; quam veram discessus causam Chronicorum Zwick. Faber *y*) ignoravit, ita de ea re sermocinatus; Obgleich dieser Superintendentens M. Leonhard Bayer in großen Ruhme gestanden, und sich anfänglich wohl gehalten, so hat er doch hernach unnötige Quaestionen auf den Predigtstuhl gebracht, die wohl hätten können unterlassen werden. Darum hat der Churfürst Moriz 2 Schreiben, eines, an C.C. Rath, das andere an die Viertelsmeister abgegeben, und darinnen befohlen: sie sollen ihn ziehen lassen, die Bürgerschaft soll dem Rath nicht einreden, und sich dem Pfarrer nicht anhängig machen. Welche beyde Schreiben gegeben sind, Leipzig 1549. am Neuen Tage. His nihil obstantibus, vera discessus causa (quod quilibet intelliget) non quaestiuiculae e suggestu, sed infamis ille libellus fuit. Id, quod ipse fatetur eo temporis

p) v. Schmidts Chron. ibid. p. 391. item Molleri Chronic. Fryb. ad annum 1538.

q) L. I Hist. Luth. p. 29.

r) id. l. c. p. 28. 29.

s) in Bibl. MSC. Zwick. L. E. 43.

t) v. Schumanns MSC. Aunal. ad hunc annum.

u) v. Luth. Opp. Ital. T. XXI. p. 1254.

x) v. Cvlled. Epistol. Phil. Melanchthonis, Collectore Mannlii p. 61.

y) v. M. Flacii Illyrici Bericht von etlichen Artickeln christlicher Lehre 1559.

ir. ej. Flacii Concio fanebris fol. 6.

it. ejusd. duo scripta eruditorum virorum cap. 3.

it. M. Binsß dreyfachen Interim p. 159.

ris momento, quo ab vrbe Zwicka Custrinum discedens z), his verbis vtitur: Ich bekenne, daß mich der Schwanz des Leipziger Interims aus meinen Diensten geworfen a). Wenn er endlich gestorben, will sich nirgend finden, steht auch nicht in Jöchers gelehrten Lexico.

III. M. Georgius Hala, Baruthinus.

Halam b) dixisses hominem defultorium, migratoriumque, nisi scires, virum innocuum & constantem Formula adiaphorica, cui nomen dare noluit, Waiblinga pullum c), venisse Zwickauiam, auctumque esse Officio Ephori.

Vixit ante bellum Schmalcaldicum, Waiblingae in summa laude, tranquillus, quietus, velut nunquam cessurus e loco d), nec cessisset, nisi infausta illa formula ipsi fatalis fuisset. Ex hac autem vrbe nostra, nulla necessitate coactus, (hic enim lubens subscripsit confessioni doctrinae Eccl. Saxon. Vitebergicae) e), tamen vix superatis quatuor annis, scilicet 1549. 24. Febr. Ad ann. 1553. 30. August. emigravit Zizam ad Æd. D. Michaelis f) Ziza demum per litteras magnifici senatus Lipsiensis invitatus ad suscipiendum munus speciosabile Pastoris ad D. Thomae g). Quod & anno 1554. cordato animo, fortique spiritu adgressus, administravit ad votum omnium, recte sentientium de puriore doctrina, Quem Zelum testatorem fecit editis quibusdam erudite pieque scriptis, e. g.

Bedenken von Haltung eines Concilii. item, de Concordia instituenta, & componendo Dissidio Religionis & quibusdam aliis.

Coeterum trium Linguarum Lat. Graecae, Hebraicaeque apprime peritum fuisse, ita vt in iisdem etiam litteras ad Amicos daret, testatur Fellerus, Lips. Prof. Poet. & Bibliothecarius Academiae h).

Tandem e coetu Mortalium exemptus est, die 13 Jan. 1565. septuaginta quinque annos natus i).

B 2

IV. Christo-

z) Schumanns Annales Zwick, ad hunc annum in bibl. Zwick. 5. 1.

a) v. Hinf l. c.

b) Crusii Annales Suevic. Tom. III. p. 627. Hala natus Baruthi 1595.

c) v. Koenigii Lexicon.

d) v. Crusii Annales ibid. it. Melanchthonis opp. T. I. p. 144.

e) v. Jöchers Lexicon Erud. nou. in 'IV. Tom.

f) v. Schneiders Leipziger Chron. p. 219.

g) in Cygn. Quasimodogenitis Cap. I. item Unsch. Nachr. 1723. p. 527. item Crusii Annales Sueviae Tom. III. 627.

h) v. L. Felleri Cygn. Quasim. cap. I. item Unschuldb. Nachr. 1723. p. 528. it. Martini Crusii (qui amicus fuit nostro) Annal. Suev. T. III. p. 627.

i) Willkii Incunab. Annaem. p. 11.



IV. Christophorus Eringius.

Eringii meminit Wilisius (olim Rect. Scholae Annaem. post Altenburgi Rect. Conc. Anl. & Superint. Fryb. *viv' èv èvylis*, inlibello, cui titulum fecerat: Incunabula Anneberg. Scholae, cum elogio. Inde Zwickaviam inuitatus a senatu, auctus est officio Diacon. ad D. Mariae, postea in Aede D. Catharinae, usque dum erudite sentiendo, recte docendo, pie viuendo, sicuti per scalam meritorum virtutumque ascenderet ad gradus altioris dignitatis ipsius Ephoriae l).

Cum aliquando Ernestus, Dominus a Schoenburg. Glauchaviae (qui acerrimus antea veritatis Euangel. osor fuerat, & aduersarius) m), ab Electore Joanne Fridrico Theologum posceret, qui ipsi sacramentum sub vtraque porrigeret; hunc Eringium nostrum ablegari iussit in eas terras, ad subministrandum Illustri Dynastiae integrum sacramentum n).

Ceterum id omittendum non est de nostro, quod Schmidius, Chronographus annotauit: Fuisse Ciuium non nullos, quorum naeuos pro concione perstrinxerat, & spinam in pede sentientes, nomen innocui viri detulisse ad Electorem, falso denuntiando: Eringium pro concione publica suasisse ciuibus, vt se, quanta vi possent, abstraherent a bello Magdeburgico, nec in verba jurarent El. Mauricii. Id auditum male accepisse Electorem, & senatui per litteras imperasse: vt tumultuarium hominum quantocyssime raperent e Museo, & vehiculo impositum deducerent ad castellum Pirnense, ad album, custodiendum. Senatui autem Zwickauensium, intellecta perspectaque delatorum iniquitate, intervenisse, & deprecatum in ea re, ne injuria fieret viro innocuo, falsoque accusato; eoque ipso effecisse, vt Elector missa iracundia, in gratiam receperisset Eringium; ita fluunt verba e calamo Schmidii: Es hat sich C. E. Rath seiner angenommen, und ihn beym Churfürsten entschuldiget, und es so weit gebracht, daß der Churfürst seine Ungnade fahren lassen. Er ist aber nur ein Jahr Superintendent gewesen, und alhier verstorben, im Jahr 1554 o).

M. V.

k) v. Tob. Schmidii Chron. P. I. p. 392.

l) v. Seekendorf, c. I. L. II. p. 51. idem L. III. p. 69.

m) Er ließ einmal zu Bonitz, (welches damals unter Glaucha stand), einen Schulmeister, Namens George Drosdorf, weil er eine evangelische Predigt in der Kirche gelesen, mit Soldaten nach Glauche abholen, an Pranger stellen, und ihm beyde Ohren ab-

schneiden, da ihm denn der Scharfrichter, (weil er etwa nicht halten wollen), zugleich ein gut Stück vom Nacken wegschnitt, vid. Seekendorf. c. I. L. II. §. XVIII.

n) v. Tob. Schmid. c. I. p. 392. Centurio quidam Reule, dictus delator fuisse creditur. c. I. ibid. in fine.

o) l. c. p. 392.

V. M. Iohannes Petrejus, Thuringus.

Jus Civitatis pretio redemit ipse, coram senatu, eum in finem, vt filios beneficiorum vrbanoꝝ aliquando faceret participes. Officii autem partes ardentissimo studio administruit.

De hoc ita Schmidius, l. c. War vormals Prädicant zu Meissen, nachmahls 1554. Superintendent in Zwickau, der hat sich der Kirche und Schule treulich angenommen, und die Kirche mit etlichen guten Büchern versehen. Wie denn in beyden Stadtkirchen zu St. Marien, und zu St. Catharinen teutsche Bibeln vorhanden, die auf seinen Befehl gekauft worden, davein er auch mit eigener Hand geschrieben p).

Petreji pietas, probitas & virtus summa cum ipsa eruditione & elegantia filii Latini elucet ex vno illo scripto latino, quod in ara Mariana (quae tum vna cum Choro templi, & laquearibus arcuatis, quae ultra centum annos steterant integra, & jam labefieri coeperant, reparata, asseruandum dedit, in quo Historiam vrbis Zwickaviae antiquam breuissimis verbis delineauit q). Res paucis nota est, vt igitur intelligant illiterati in vernacula reddam.

Er sagt: Der Hintertheil der Kirche nebst der Gewölbedecke sey 1453. gebaut: Der mittlere Theil der Kirche, zwischen dem hohen Chore und dem Thurme, wie sie jetzt noch da steht, sey erst 1530. die Gewölbedecke aber 1536. fertig worden. Wie lange aber die uhralte Kirche, welche eben herrlich gewesen, gestanden, sey so wenig ausföndig zu machen, als wie alt überhaupt die die Stadt sey? —

Er schreibt, die Stadt sey vor Kaisers Heinrichs Aucupis Zeit durch eine große Ueberschwemmung dermaßen ruiniert worden, daß die Einwohner theils in die nahen Bauergüter, theils in nachbarliche Städte ziehen müssen; die junge Mannschaft wäre in Krieg, oder sonst wohin gegangen. Da aber Kaiser Heinrich, der Bogler, diese Gegend unter sein Joch gebracht, und die Ruinen gesehen, so hätte er die Stadt wieder repariren, und solche durch die noch rücfstelligen Bürger und seine alten Soldaten bewohnen lassen. Die christliche Religion habe Bonifacius Sanctus hier eingeföhret; Es hätten hier Slaven oder Sorben gelebt, welche schwerlich von ihrem Götzendienste abzubringen gewesen. Als der Heilige Bonifacius einmal nach Phrygien abgegangen, so wären die Zwickauer wieder abgefallen, und hätten durch keine Fürsten und Kaiser zur Raifon gebracht werden können, bis Heinrich Aucups gekommen und die hartnäckige Nation über die Elbe gejaget, und die christliche Religion wieder festgesetzt. Und daher sey es auch gekommen, daß man Kinder von vielen Meilen her-

B 3

gebracht,

p) l. c. p. 393.

q) c. l. p. 395.



gebracht, und zu S. Moritz taufen lassen, weil die Slaven und Sorben die christlichen Priester auf dem Lande alle getödtet hatten.

Idem Petrejus est, qui Superintendentes
iusto ordine dispositos sicut in eodem scripto r).

Hausmann, Beyer, Ering, Hala, Petrejus &c. &c.

Id, quod Wilhelmus & Schmidius scire poterant & debebant.

Fidem Viri & Zelum in puriore doctrina mirifice laudat Ecclesiae Evang. promachus & Hyperaspistes, Selneccerus, Superint. Lipsiensis, in litteris ad filium datis r)

Elucubrauit praeterea summam doctrinae ad Ecclesiam Zwickauensem, e qua dexteritas ejus in docendo, & ingenii vis luculenter apparet r).

Librum insuper edidit, cui fecit titulum: Daß man das Schreyen der Glacianer meiden solle. Wittenberg 1511. 6. Aug. n).

Alium praeterea Libellum in Bibliotheca repertum, das Römische Ublatz-Büchlein, cum praefatione ad Ampl. Senatam, breui post discessum suum ex urbe, typis mandari iussit 1570 x).

Discessit autem inuitis, senatu & Ciuibus, Consule Wolfgang. Mühlportio, Mühlhusano 1570.

VI. M. Abraham Streberus.

Post abitum Petreji, non defecit alter; Streberus enim Diaconus Marianus, vir non minore eruditione, quam vitae integritate & religionis Zelo, exemplum fuit, quod imitarentur alii. Hoc non obstante, obtreclatorum calumnias effugere adeo non potuit, ut, cum viuum contumelia affecissent, nihil tale meritum, etiam mortuum inferebantur conuitiis, utque ita livor, qui alias post fata quiescit, in eo mortuo non quieuisse videatur. Schmidius causam commemorans, sermonem rumpit his verbis: Als Herr M. Schreiber der sechste Superintendent endlich gestorben, haben etliche Leute vom Pöbel, (die er zuvor um ihres bösen Wandels willen, nach Amtes Gebühr, bestrafft haben mochte), sich seines Todes gefreuet, und schimpflich von ihm geredt.

r) Unsch. Nachricht. 1728. p. 7.

s) ibid. pp. seqq.

t) Unsch. Nachr. 1713. p. 944.

u) v. Scrin. XVII. Loc. XII. n. 19.

x) v. Tob. Schmidts Chronic. P. II. C. II. pag. 395.

geredt. Diese sind auf Churfürstl. Befehl, andern zum Abscheu, und daß sie von getreuen Lehrern nicht übel reden sollen, gefänglich gehalten, und mit Brod und Wasser gespeiset worden f). Certum est, acriter oblectatum esse Crypto-Calvinismo, unde factum, vt multorum, qui claudicabant, inuidiam contraxerit, iuxta illud Psaltes: tange montes, & fumabunt. y) Anicum vero, imo amicissimum fuisse Selneccero, Summo Sacrorum Lips. Praesuli, inde patet, quia in Epistola ad Streberum data sequentem in modum scribit: Die Teufel sollen uns nicht fressen, ohne ihren eigenen Schaden. z)

VII. M. Adamus Beerwalder.

Ab officio Diaconi Catharinei auocatus, ad summos honores Ephoricae, cui, teste Schmidio, communi omnium, etiam Majorum, plausu per septem annos praesuit, vir in vita pius, probus in moribus & innocuus, qui nunquam aliud dixisse, quam animo sensisse dicebatur. Id, quod auctor miscellaneorum ad D. Eberi Geschichts-Calender ita exprimit: Er war ein Gottseeliger Prediger, dem seine Predigten ein rechter Ernst waren.

Quare etiam factum est, vt pietatis fructum ferret tranquillam vitam, sed & tranquillae vitae praemium, prosperam valetudinem & senium octoginta quinque annorum.

De vita, fati & scriptis ejus nihil usquam annotatum est, quare plura de eo enarrare non licet.

VIII. M. Wolfgang. Heldt. Annaebergensis.

Sparta Rectoris Annaemontani recte functus, eodem anno, quo Beerwalderus fati concessit, per litteras Ampl. Senatus nostri inuitatus est, & cum bene se habisset in colloquio, in locum Beerwalderi surrogatus. a)

Sed quod dolendum, nescio, quo? crypto-Calvinismi typho correptus, vna cum duobus Collegis b) subscripsit fatali formulae Interimisticae & quod mireris, errores Calvinianorum, praecipue Articulum contra Exorcismum, masculae defendens pro suggestu, promisit, se futuro die Mercurii in templo Catharineo idem facturum. Fecit. Euentum causae sic enarrat Schmidius: f) Als Herr M. Wolfgang Heldt, Superintendentens in Zwickau, in der Unter-Kirche auf die Cantel kam,

f) l. c.

y) v. Unschuld. Nachr.. 1730. p. 15.

z) ibidem p. 15.

a) v. Jenissi Hist. Annaeb. P. I. p. 61. it.

Willisi Incunabula Annaeb. p. 110.

b) M. Chph. Boehmio Diacono ad D. Mariae & Iacob. Foelcknero, Pastore Nosodochii.

f) v. Schmidts Chronik. 335.

kam, und kaum den Eingang gemacht hatte, haben die Zuhörer, die sich in größerer Menge, als sonst gewöhnlich, daselbst einfanden, ein solches Poltern, Klopfen und Getümmel angerichtet, daß Er von der Cangel gehen, und sich in die Sacristey begeben müssen. — Ist endlich dieser Calvinische Superintendentens, als Er auf Churfürst. Befehl des Amts entlassen, nebst seinen beyden Collegen, Wöhnen und Földckern, bey Nacht und Nebel zum Schloß-Pfortgen hinaus gelassen worden, und also mit Noth entkommen.

Multi excusant transfugam & sequaces, ideo, quod formidine poenae coacti a Caluiniatorum partibus steterint, quia tum veluti in prouerbiū abierat, coniugibus & liberis de remotione viroꝝ ab officio, & eiectione e parochia, misere timentibus; dicere: Vater schreibt! schreibt! daß ihr bey der Pfarre bleibt.

De eodem Heldio nostro Meltzerus in der Stadt- und Berg-Chronick ita commentatur: c) Da auch 1591. der damalige Superintendentens von Zwickau, M. Wolfgang Heldt, (unter dessen Inspection die Kirche zu Schneeberg gehört) wieder die Evangel. lutherische Lehre böse Anschläge gehabt, und so fort etliche untergebene Pastores und Diaconos, wie auch einige weltliche, in und außerhalb der Stadt Zwickau auf seine Seite gebracht, damit Er die Calvinische Lehre möge einführen helfen: so hat der damalige stattliche Ober-Pfarr alhier, M. Musculus sich nicht verführen lassen. — Wie Er denn auch von denen Kirchen-Visitatoren, Kogleben, Ponikau, Egidio Hunnio, und den Altenb. Superint. Herr D. Wöhner, vor andern sehr distinguiert worden. Heldt ist endlich nach Ober-Schlesien gezogen, hat auch in Schlettau das Evangelium geprediget, *ibid.* p. 301. und ist etwa da gestorben-

IX. D. Vitus Wolfrum, f. Wolfram, Francus.

Natus est 1564. d. 3. Maji Hildburgshufae d) Diaconi functus officio Witemb. 1590. Fit. D. Th. & Superintendentens Zwickav. 1593.

Der Stadt-Schreiber Schedler hat ihm die Vocation ins Haus gebracht.

Auctores Ephimeridum illarum Dresdensium in colligendis huius viri laudibus, meritisque summis depraedicandis ita nauiter occupati fuerunt, vt vix credam, vlli alii plus tribui honoris posse, etiam consummatissimo Theologo e).

Cum insignia Doctoris Theologiae accepisset Vitebergae, domum redux, instruxit conuiuium, ad quod, cum Senatores inuitaret ad vnum omnes, brabei loco

c) LII. Tit. 7. 301.

d) v. in Bibliotheca nostra MSC. sub Lit.

TTTT. VI

it. unschuldige Nachricht. 1721. p. 379.

e) *Ibid.* p. 379. seqq.

co' accepit craterem auro obductum, triginta trium florenorum, a ciuibus autem simile donarium, triginta sex florenorum pretii. f)

War ein heftiger Feind der Crypto-Calvinisten v. Jöchers Lex.

Extat viri umbra in Bibliotheca nostra, in Collectione Iconum tabulis aeneis incisarum; est g) & in maiori forma, viuis coloribus depicta, e pariete Bibliothecae anterioris suspensa, cum mitra sacerdotali vtramque aurem ambiente, & barba pro more seculi, hirta & hispida. Multarum Linguarum peritum fuisse testantur Ephemerides Dresdenses. h)

Linguam Arabicum grandis natu didicit, forte ex ore Zechendorffii, Rectoris πολυγλωσσοίης, cum quo familiari vsus est consuetudine i) Scholae curam habuit plane singularem, saepe iactitare solitus: multum interesse Reipubl. florere phrontisteria, vrbium ornamenta & cinelia.

Oratio eius in laudem Liagae Arabicae, elegantissime eruditissimeque scripta, est in Bibliotheca, habuit ipsam e cathedra, in schola.

- it. Dissertatio de imaginibus, earumque vsu & abusu, Lips. 1607. 4. in Synodo Zwick. ventilata.
- it. De Angelorum excubiis Carmen elegantissim. Latin. Vitenb. 1589. 4.
- it. Dissertat. Synodalis de diuisione Decalogi & Fractioe panis in coena Wittenb. 1606. 4.
- it. Tract. daß sich Fürst George von Anhalt in seinen Schriften öffentlich von den Calvinisten absondert, Wittenb. 1697. 4.
- it. 2. Predigten der Churf. Visitation zu Ehren, wider die Sacramentirer, Wittenb. 1595. 4.
- Dankfagung zu Gott für die Gnade, die er durch Kayserl. Maj. mit Freylassung der Predigt des Evangelii bewiesen, Jchz. 1609. 4.

Er hat aber niemals aus Zwickau weichen wollen, ob er schon Vocationes nach Wittenberg, Jena, und Gräß in Steuermarcß gehabt, Schmidt c. l.

De reliquis scriptis eius & quaedam singularia vid. k)

Fatis

f) v. M. H. C.

g) Tom. I. p. 67.

h) Unschuld. Nachr. l. c. p. 388.

i) v. Ioecheri Gel. Lexicon. Tom. IV. l. c.

p. 397.

k) v. Unsch. Nachrichten l. c. p. 388.



Multum quoque contribuiffe ad LAUDES in Eccl. Zwick. vespertinis horis decantari solitas, testatur idem l) Tandem

Fatis suis concessit, 19. Aug. 1626. in anno Climacterico magno 62. Jahr 13. Wochen und etliche Tage alt.

X. D. Laurentius Andreae, Halo-Sax.

Primum Concionator Aulicus Anhaltinus, deinde praefuit Ephoriae Weidenfi; post Zwickauiensis. m) 1627.

Summum gradum in Theologia suscipit Witebergae 1627.

Domum redux factus convivio excipitur, ab Ampl. Senatu, donatur Scypho ingentis pretii, 35. f.

Idem accepit a contribulibus opificum e. g. pannificum &c. poculum pretio decem florenos n) excedens.

Inuectitur a Magnif. D. Hoe, Conc. Aul. Dresd. supremo. o)

Actus inaugurationis graphice describitur in Eberi Geschichts-Calend. d. 21. Febr. 1627.

Breui post, vniuerso Clero Ephoriae suae conuenire iusto synodum habuit solennem, die 11. Maii.

Er hat sich dabey nebst der gangen Geistlichkeit durch die Stadt-Pfeiffer in die Kirche blasen lassen. p)

De moribus & caractere viri, vid. Litteras quasdam q) in MSC.

Sed officii sui rationes ad amissum expleuisse, testatur, Schmidius c. I. His verbis: Wie wohl D. Laurentius Andreae nicht lange hier in officio gewesen, so hat er sich doch seines Amtes treulich angenommen, und überall gesehen, wie Gottes Ehre möchte befördert werden p. 399.

Rei

l) Zwick. alte undsneue Gesangbuch. Er hat sich bey vielen Geschäften nicht verdriessen lassen, oftmals in die Schule zu kommen, und nachzuforschen, wie so wohl docentes als discentes in Ihrem Amte sich verhalten. v. D. Steinmetz Oratio, de vita Wolfrumi, ex priuatis Schedulis. in Wolfr. Biblioth. Hebraica.

m) vid. Jöchers Lexicon der Gel.

n) v. MSC. ad P. Eberi Geschichts-Cal.

o) Schmidts Chronie. p. 398.

p) vid. Annotata ad Eberi Geschichts Cal. d. 11. Maii 1527.

q) In Scrin. MSC. Bibl. Zwick. sub L. A. 14.

Rei etiam litterariae curam habuisse, inde probò, quod Typographiam, quae aliquandiu collapsa iacuerat, restaurandam curavit. ¹⁾

Ad actum inauguralem Andreae nostri & hoc addendum est, quod Concionator Aul. Supremus D. Hoe ab Hoeneck ad aram declamauerit, de Iure Patronatus Zwickauiensium, quo casu illud obtinuerint, & quando coeperit? Quam materiam Schunidius dolet typis publ. non impressam, MSC. autem amissum esse. ²⁾

1528. habuit Concionem Synodalem, quae typis vulgata:

Christl. Synodal-Predigt von dem hochwichtigen Articul des Christl. Glaubens von der H. Dreysaltigkeit, Zwick. 1528.

it. Zwick. trostreiche Festpredigt, über das Evangelium am Tage der Verkündigung Maria, Zwick. 1629.

it. Demonstratio: quod Ecclesia Pontificia nunquam fuerit Ecclesia vera.

it. Anatomia oculorum Salomonica,
Verschiedene andre Predigten und Disputationes. ³⁾

Discessit autem quinto Ephoriae anno 1532. Martisburgum, ad Ephoriam tertiam, sed vix superato anno, e coetu viuentium exemptus est. 1533.

XI. L. Eusebius Bohemus Zwickau. Misn.

Quod Pater Eusebii, Archi-Diaconus Marianus in votis habuit, cum quinque Ephoros inuestiri vidisset, vt videret Sextum, his verbis:

Quinque ego vidi horum, fors sextum videro, meque
Hos cum sex fociis Christe videre iuva!

id ipsi cum Laurentio Andreae, qui Ephororum, quos ille viderat, Sextus erat, accidit. ⁴⁾

Noster Eusebius, (Ephorum undecimus,) ante quam accederet, Diaconi praefuit Muneri Witebergae.

Cum pro Licentia disputasset ibidem, Zwickauiam vocatus 1632. Ephoriam autem, motibus bellicis retractus, anno demum sequente 1633. 27. Ian. administrandam suscepit.

Doctrina Bohemi nostri & eruditio per litteras nescio a quo? scriptas in bibliotheca nostra asseruatas laudatur mirifice, in examine Concionis, quam habuit,
C 2 doki.

¹⁾ vid. T. Schmidts Chronic. p. 388.
²⁾ Tob. Schmidt l. c.

³⁾ Jöchers Gel. Lexic.
⁴⁾ v. Schmidts Chronic. p. 398.



dokimasticae. Quin imo Patrem eius in eruditionis laude fuisse, testatur Fabricius, in Bibliotheca critica. w)

Ipsumque adeo Iudicium de Hispanis, Gallis & Germanis Scriptum d. 14. Jul. 1614. propter acumen, commendatur maxime. Sed mala scaeva Zwickauiam venisse Bohemum, inde patet, quod tum belli rabies accessum eius retardauerat, ipse vero, vix dum Ephoriam aggressus, officio fungi coeperat, eodem anno 1633. 30. Iulii a lue pestifera correptus expirauit. x) Ita patris augurium, quod de se fecerat de sex Ephoris, mox apud Christum videndis, tetigit filium, septimum.

Coetera eius scripta, quae laudari solent, sunt: Aprosopolepsia diuina.

it. Tractatus de vniuersali Dei, in salutis negotio, voluntate, defensione contra Calvinianos & Pontificios.

XII. Petrus Kirchbach, Saxo-Misn.

Pastor Ecl. Oederanae. Natus Neukirchae, in agro Misnensi, patre, Paulo, eius Ecl. Pastore. Petrus autem noster e concionatore Aulico Weissensteinensi fit Minister Ecclesiae Oederanae. Postea inuitatur a senatu nostro, ad Ephoriam. Ille valere iussis Oederanis, venit Zwickauiam, suscepturus Lampadem, ad quam & sedere coepit, ex quo inauguratus est a Magnifico D. Hoepnero, Superintendente Liplienli, 1637. 16. Nov. y)

Vndecim Academias vidisse creditur, frequentasse modo duas, Lipliensem & Gieslensem, intellectis reliquarum commodis & incommodis.

Orator in sacris erat sine pari, eruditus, eloquens, copiosus, vehemensque, ita, vt miro illo verborum pondere non aures modo ferire, verum etiam animos videretur tangere & stimulare aculeis. Eloquentiae par erat pietas & suauitas oris & vocis, cum feueritate coniuncta. Sed quod dolendum in hac fragilitate corporis, vir erat mancae imbellisque naturae, tantique Spiritus, qui animabat corpusculum, prorsus incapax.

Spe igitur longioris vitae deiectus, domi se continuit, cum totas horas sanguinem emisisset ex naribus, cuius copiosam desillationem, fluoremque cum nulla arte restingere valerent Medici, nullaque aduerfus morbum valerent pharmaca; re familiari disposita, spiritum Deo reddidit die XII. Martii 1658. Magno in honore fuisse, testantur assiduae strenae s. vota ianuarua, quae, vt aliis Zwickauiensium Proceribus, ita & Kirchbachio dedicauit Daumius, Rect. Lyc. 1635. In

w) Vol. II. p. 539.

x) v. Schmidts Chronic. 399.

y) Eberi Gesch. Calender ad hunc diem.



In quibus mirifice laudat Viri merita. Quae, nisi modus ponendus esset materiae, plenis, vt aiunt, calathis adducere possemus.

XIII. D. Balthasar Balduinus, Dresd. Mifn.

Magni patris magnum filium fuisse, nemo negabit temere, nisi qui Balduinorum ignorauerit nomina.

Natus est Dresdae, 5. Febr. 1607.

Ornabat tum spartam Pastoris in vrbe Doebela, post Ephoriam Chernitzenium; ab hac Zwickauiam inuitatus, suscepit partes sacrorum Praefulis, 1638. 2)

Huius industria & prouidentia conciones per circulos, vt vocant, Ecclesiarum Ephoralium haberi solitae in ordinem redactae sunt, teste tabula affixa in facello templi S. Mariae.

Creatus est Theologiae Doctor Vitenbergae summo c. apparatu.

Scripta eius sunt varia; e. g. Papa & Papatus proprio gladio iugulatus, v. Iocheri *Lexicon der Gelehrten*.

Βασικανολογία de Sagis & veneficis, eorumque poena.

Eine Catholische Antwort auf die Kezerische Frage der Jesuiten:

Wo war die wahre Religion vor Luthero?

Predigten, 3. E. Land-Umfahrer, Gottes Zorn und Wasser-Fluth.

1. Predigt über den 3. Sonntag des Advents, in Döbeln gehalten.

Plura de scriptis Balduini, vid. in Georgii Serpiliij zufälligen Lieder = Gedanken. 4)

De Commercio Literario, quod cum Heinrico Bichio quodam, Iesuita habuit, vid. 5)

Eruditionem Viri tota loquitur Germania: Sed & Schmidium nostrum buccinatorem habuit, qui sermonem rumpit his verbis:

Seiner hohen Erudition und Tugend will ich hier nicht gedencken, damit ich nicht, weil ich ad aliorum inuidiam vsque vertrauliche Freundschaft mit ihm gehalten, vor einen Liebhaber angesehen werde. c)

C 3

Ce

2) . Tob. v. Schmidts Chronie. p. 400.

4) P. II, p. 169--184. confer. Unsch. Nachr.

1717. p. 70.

5) Unsch. Nachr. 1711. p. 70.

c) c. l. p. 400.



Cecinit & laudes Balduini Georgius Martius, P. L. C. Alcha-Bohemus, Past. in Bayersd. *d)* Quinimo Balduinus ipse miratur, mediis in his turbis bellicis Martium illum ita feliciter posse poetari:

Tu, Tu nil curas Martem, nec fulmina Martis,

Sed mage deferibis, qui sacra verba docent &c. id est Ministros totius Ephoriae.

Sed ipse Balduinus in istis temporum procellis misere iactatus in vrbe, loco cedere maluit, quam malo succumbere.

Igitur literis a Senatu Ratisbonensi acceptis, valedixit Zwickaniae, & ad dirigendos Ephoriae Ratisb. sacces discessit, 1648. mortuus paulo post, 1652. 22. Apr.

Cursum vitae integrum Balduini concinnauit M. Joh. Christ. Wieder, Rect. Gymn. Poet. Ratisb. *e)*

XIV. M. Bartholomaeus Staepner, Zwick.

Pastor haecenus Liebstdiensis, ad fines Bohemiae, in Ephoria Pirnensi, ad Albin.

Ephoriae Zwickau. dirigendae admotus, 1650.

Eodem anno pro Licentia disputauit Lipsiae 18. Iul.

Disputatio eius inauguralis & quaedam Synodales extant in Bibliotheca.

Ibidem, Lipsiae, ad summum ascendit in Theologia gradum; qua occasione M. Daniel Zimmermann, Pastor Meomarchicus, & Zwickauiensis Inspectionis Adiunctus variis in illum lusit Anagrammatibus: e. g. Verbis:

Bartholomaeus Staepnerus, Theologiae Doctor fit:

Surgit honor, obest elatum cor, postea o! doleo!

ex Verbis: Bartholomaeus Staepner, fit:

Armatus persto sub leone, it

Lutherus manebo ad posteros.

Quodlibet horum Anagrammatum carmine, vt solet, explicatur. Dandum est aliquid genio seculi.

Sed, si dicam, quod res est, melius consulaisset honoribus Ephori, ipsique posteritati, si id dixisset, quod ante pedes erat, & quod postulauit Viri dignitas: ita enim res ipsa loqueretur, non fortuitus litterarum casus, & posteri scirent, quid de Viro quonvis crederent memoratu dignum & vero simile.

Inte-

d) In Mnemosyno Onomast.

e) In Oracione solenni quam Ratisb. habuit 1649.

Interim tamen non proflus damnandi sunt isti Anagrammatum fabri. Laudandi potius, quod nobis ediderant eorum Virorum nomina, cum elegiis, quos alii plane suppressi, vel scomatibus proscindi volunt, & obscurari.

Seine Doctor-Pretigt ist gedruckt, und führet den Titel.

Divina Piscatorum spiritualium ordinatio,

oder die göttliche Bestellung der geistlichen Fischer, aus dem gewöhnlichen Evangel. des V. Sonntags nach Trinit.

Diem Staepnero fatalem nuspjam inuenimus, vero simile est, mortalitatis legi succubuisse anno 1660. quia eodem anno in locum eius surrogatus est alius, qui iam sequitur.

XV. L. Gortfr. Sigismund Peisker, *) Martisb.

Natus est Martisburgi 27. Sept. 1617. Zwickav. venit.

Virum bonum, pium, eruditum, disertum, vno verbo magni nominis fuisse, inde colligo, quod non solum Zwickavienses in eum vnum obuerterunt ora, sed & Rappoldus f. f. Th. Dr. & Prof. Publ. & pro temp. Rector Academiae ipsius imaginari aeri incisae, 1675. Mens, Nov. Epigr. fecit, huius argumenti:

Æra Viri monstrant faciem, lege scripta, videbis

Mentem; Ori ornando, quae satis apta manus?

Melle fluit, moestasque leuat dulcedine mentes,

Dicere GERMANUM NESTORA iure queas.

Brendelius P. L. & Not. P. pro tempore Cos. Curiae Variscorum, quo anno, Zwickaviam delatus est noster, Typis imprimi curavit: Regimen sacrum, in quo sic Anagrammatizat:

Gottfried Sigismundus Peiskerus,

ss. Theol. Licentiatu, & Ephoriae Cygnensis superintendens, dignissimus, vigilantissimusque.

Per Anagr. k littera lllatina, in e mutata,

Et omiffa aspiratione h, non littera,

En! hic doctiloquae latum strepit ordo catervae!

Excipiens Ephorum pectore, voce, manu.

Vndi-

*) Ob Er vorher Superintend in Plauen merckt, oder ob Er Plauen mit Zwickau ver-
gewesen, wie Zscher in Gel. Lexicon ange- wechselt, mag noch untersucht werden.



Vnidque pastores compingunt carmina docta,
 Et quoque Cygnae pignora grata scholae.
 Hic Superintendens Peifker, Clarissime Pastor!
 Quid faciam? breuibus per Metagramma dabo:
 Fer Decus! os mundi Tu, Te deamante Jehoua,
 Suggestis apta piis, cresce valeque diu:

Christianus Daumius per plurimos annos Peifkeri Onomasteriis dicavit carmina, quae olim in 4to edita.

Sed anno 1670. conjunctim impressa sunt, sub Titulo:

Hendecasyllabicotien

Onomasteriis L. Peifkeri, vna cum Decade Carminum, superioribus ejusd Onomasteriis hactenus consecratorum, quae carmina auro pretiosiora dixit nescio, quis?

Tandem in rationem libitinae venit 1676. d. Mens. Mart.

Corpus examime portarunt succollantes XX. Ephoriae Pastores, ad id genus pietatis selecti & destinati, qui alternis vicibus homeros supposuerunt sandapilis f).

M. Heidlerus in concione Funebri exposuit Psalmum 27.

M. Pezoldus Diac. D. Cathar. parentauit. v. ibid.

Ad funus Peifkeri condecorandum suggestus & ara nigro panno obducta fuit, ibid.

Proxime ad pedes Viti Wolframi sepultus jacet, in templo Mariae, ibid.

Epitaphium extat in Aede Mariae, penes aram, e pariete suspensum cum inscriptione duplici; sed quia literae non incisae Lapidi, sed adpictae sunt, nescio, vtrum diurnitate temporis, an fulmine tactae (quod ipsum reuera accidit 31. Maji 1703. exoleuerunt?

Vmbram Peifkeri aeri incisam cum inscriptione Rappoldiana habemus in Bibliotheca Vol I. nouae Collectionis iconum Theolog. p. 150. *).

Plura Peifkeri expectet nemo.

XVI. D.

v. MSC. in Sucello Templ. B. Mariae. f. 1. quorumcunque virorum & jam vltra IV. ad V. mille imagines tredecim Tomis compactas habemus in bibliotheca.

*) Coepimus anno 1754. 7. Aug. colligere id genus icones aeri incisae, cuiuscunque arti-

XVI. D. Caspar Loescher, Werda-Misa.

Natus Werdae Misa. prope Zwickauian ex humili, sed honesta prosapia 1636. 8 Maji. Ergo mirum non est, dura iuuentutis habuisse initia.

Viginti annos natus salutauit Lipsiam, vbi omni humana ope desitutus, e quadra Patris, cuius filios imbuit litteris, idque per continuos decem annos, victitauit. Denique summum in Philosophia gradum adeptus est, anno 1660, & primum in Theologia 1662. Vix Ephoriam ingressus Sondershusanam 1668. pro Licentia disputauit Lipsiae. Summos vero in Theologia honores accepit 1676.

Breui post fit Pastor & Inspector Gymnasii Erfordiensis 1676. Ingressus Ephoriae Zwickaviensis provinciam 1679. proxime ante tempora grassantis in vrbe luis pestiferae, e qua ne latum pedem loco cedens, tot infinita inter funera stetit factus, tectus & incolumis & feliciter emerfit.

Christianus Daunius, Lycei Rector diem Anomasticum prolixè gratulatus est Ephoro venerabili VIII. Id. Jan. 1682.

In Synodo prima, 13. Oct. 1679. Zwickaviae habita, sub ejus praesidio respondit David Heidler, Diac. ad D. Mariae.

Tit. Disputationis est: Decades Duae Selectiorum

de Theologia thesium.

Pater erat filiorum eruditissimorum, felicissimorumque, praesertim Martini Gott-helf. Prof. Medicinae, & Practici Viteberg. celeberrimi, & magni illius Valentini Ernesti, sacrorum Dresdensium Praesulis & Assessoris Senatus Eccl. &c. Viri plane incomparabilis.

Idem ille Valentinus Ernestus, aliquandiu in domo Patris commoratus Bibliothecam nostram nocturna diurnaue manu volutans, multa legit, & excerpfit in rem suam factura, praesertim ea, quae attinent historiam Reformationis, & rerum Zwickauianensium, quibus coruscant Aetes und Neues, post, Unschulbige Nachrichten.

Biographiam autem Casparis nostri exhibent Ephemerides g) Confer. M. Kauf-tens Leben und Schriften aller Churfächsischen Gottesgelehrten, die mit der Doctor-Würde gepranget, und in diesen hieseläufigen Jahrhundert das Zeitliche gesegnet. p. 596. *).

XVII. M.

g) Unsch. Nachrichten 1720. p. 842.

*) Scripta Viri recensentur in Unsch. Nachr.

1719. p. 372. seqq. it. Föchers gelehrt Lexi-
con in gr. Quart. 1750.

XVII. M. Joh. Christ. Schlegel, Rotmannsdorff.

Pauli *h*) Schlegelii Pastoris, & Mariae Schillingiae filius, natus 1635. den 19 July zu Rotmannsdorf. prope Zwickaviam. Obiit autem noster, cujus memorabilia persequimur, varia munera Saalfeldae, Coburgi; Primum fuit Archi-Diaconi, Confessionarii Aulici, post Superintendentis Generalis, Consist. Assessor. & Gynnasii Scholarchae.

His muniis ita functus est, vt Ducibus Saxonis in delictum, bonis in gaudium, malis in metum, pressis in solatium, cunctis in exemplar datus videretur *i*).

Pius, fidus candidus, fuci expers omnis, laboriosus, patiens, grauis, ore facundus, re & opere facundior, ardore precum & sanctitatis studio facundissimus. Filii fuerunt duo, filiae quatuor, quos cum Anna Maria Heydenia prima tori focia genuerat, superstites: & iam vidua & duo Generi, ipsa Cygnea Patrem, Maritum, Socerum, Praesulem, benignum, optabilem, venerabilem, exemplo magnum, sibi creptum lugent *k*).

Nec hoc silentio praetereundum est, siquidem & parentes filiorum radiis coruscant, Filium Ephori nostri, natu majorem, Christianum Schlegelium illustre gentem suam radiis summarum virtutum & meritum;

Quis enim nescit, fuisse Magno Sagittario familiare, Comiti de Schwarzburg a secretis, antiquitatibus, & a dirigenda Bibliotheca & numophylacio? Postmodum autem serenissimo Duci Gothano a consiliis, societatis Borussiae sodalem, Ducum Saxonorum, Ernestinae gentis, Historiographum, sub utroque coeli cardine famigeratissimum!

Filius natu minor Longo-Hassianorum sacra obiit, cum laude. Memini etiam Epitaphio Ephori nostri, longe post mortem ejus accidisse aliquid funesti, (quod & in Templo Mariano annotatum reperi) scilicet, die 16. Junii 1721. Lapidem illum fulmine tactum, & infra, a sinistram angulum aliquantisper admutilatum esse: quemad-

h) Von diesen M. Paul Schlegeln ist merkwürdig, daß er von seinen sechs Schwieger-Söhnen, so alle 6. im Predigt-Amt gestanden, zu Grabe getragen worden, ex relatione et MSC. Amici & Cognati.

i) Daniel Seyfert, Diaconus S. Mariae, in singularibus suis Evangelicis, p. 1303. ad Mortem Schlegelii ita scribit: Ach! was wäre es Wunder! wenn wir bey diesen hohen Tauer-Falle unsre Thränen vermischten und austriessen: Die Crone unsers Hauptes,

(unsrer Kirche) ist abgefallen, das Haupt unsrer Kirche und Diöces, der mit Lehr und Leben rühmlichst vorgeleuchtet; unsre Beth-Crone, die sich zur Mauer und wieder den Riß der Stadt Zwickau gestellt u.

k) In memoriam rei D. Blumbergius Superintendentens dictum Matthei maiusculis literis appingi curauit. Sebet zu! thut recht-schaffne Früchte der Buße! cum die, d. 16. Juny 1721. d. 30. Maii 1703.

quemadmodum & antea 1703. 31. Maj. Epitaphium Peiskeri eadem ratione, ictu fulmineo laesum fuit, certe litterarum figurae ita extersae & enervatae, ut vix ulli legentium sint peritiae.

Coronidis & loco adjiciam: Schlegelium nostrum sonora & acuta voce sua, & ex ima basi resonante per remotissima quoque templi loca personuisse penetrasseque Etiam mors pii Viri memorabilis est. Cum enim Beerwaldae in vicinia, Atrarii sacri, & redituum causam ageret, recteque valere crederetur, media nocte apoplexia tactus, expiravit 1).

XVIII. D. Christian. Gotthelf. Bluhbergius, Querfurthan.

Natus est 1664. 24. Febr. Ophusae, ad fines Thuringiae, Patre M. Friderico, Patre ad D. Petri.

In Academia Lipsiensi studiorum causa versatus informavit excellentissimi D. Augusti Pfeifferi filios 1682. vnde & occasionem nactus est, proficiendi in Linguis O. O.

Biennio post 1684. cepit summos honores in Philosophia.

Anno 1685. examinatus in Senatu Eccles. Dresdensi, salutavit Academiam ad Salam.

Anno 1686. Consiliarii Provincialis Gothani, Wangenheimi; brevi post supremi Vigiliarium Praefecti de Bork instruxit filios in litteris & morum regulis, Dresdae.

Anno 1689. Sacerdos Castrensis a Proto-Synedrio constitutus, secutus est Legionem Flemmingianam ad Rhenum, quae urbem Moguntium obsidione circum venerat.

Anno 1691. Suscepit Parochiam Bernsbachianam, in Ephoria Annaemontana.

Anno 1694. fit Diaconus, ad Aed. S. Jacobi, Chemnitzii.

Anno 1698. E. Saxonia inferiori, quo aliquandiu excurrerat, redux, fit Radebergensis Ecclesiae Pastor.

Eodem anno Doctor. Theologiae Vitebergae renuntiatus est.

Anno 1700. Zwickavianam vocatus suscepit partes Ephori, quo officio summa cum laude, per ipsos triginta quinque annos functus est.

Coeterum Vir erat Linguarum peritissimus, imprimis orientalium, etiam Arabicae, Turcicae, Copticae. Theologus & orator in sacris, nulli secundus.

D 2

Con-

1) 5. Oct. 16.

Controversias etiam aluit varias e. g.
 cum Wilhelmo Ernesto Tenzelio: ob monumentum Drasi Moguntiae ob-
 vium, oder Neronis Claudii Drusii Ehrengab oder Eichelstein & sententias
 quasdam in eo propositas.

cum D. Joh. Ludewig Haanemanno, Prof. Physic. Kiloniensium, Exercitii Anti-
 bosluetici causa, de Mysterio in Corona papali; Cui ille opposuerat Myste-
 rium, papali coronae inscriptum, non-ens: noster contra opposuit ens rea-
 le non-enti Hannemanniano.

cum Paulo Antonio, cujus Disputationi inaugurali: de Harmonia fidei, quae
 justificat, & fidei, quatenus justificare dicitur, opposuit Bluhbergius:
 Dissertationem Exegeticam de Praxi fidei Evangelica.

cum Saussaeo & Baylio, quibus opposuit: Veritatem Mysterii Tiarae R. Ponti-
 ficis, olim adscripti, novis Testimoniis assertam.

Bluhbergius etiam locum habet inter Hymnophilos, quod Liber Cationum
 ab eo editus, & varii, quos ipse composuit, testantur Hymni.

Fuit & Numophilus, Numophylacium enim habuit selectissimum, id quod tamen,
 ipse dissolvit viuis. Coeterum de Numognosia ejus testatur

Liber Concionum: Erbauliche Gedanken über die Evangelia, der Sonn- und
 Feiertage, ein ordentlicher Jahrgang. Gott über Gold, vermitteltst einer
 geprägten Münze oder Schaustück, mit einer Vorrede M. Fr. Lehr. Gög
 S. S. Theol. Bacc. & Diac. zu St. Catharinen, 4. Zwickau 1735.

Librum precationum, quem ipse edidit, die sieben Andachts-Säulen, & Sibi mor-
 tuo in sandapila vel loculo jacenti adponi jussit m).

Plura ejus scripta vide loco cit. der Unschuld. Nachrichten. item in Ioecheri
 Lexico. it.

Prolixam Vitae Bluhbergianae delineationem vid. ibid. it. in Ioecheri Lexico
 der Gelehrten 4. 1750. it. in M. Gögens Vorrede.

Tandem fati concessit laborum & vitae satur. 1735. 8. Junii. Sepultusque in
 templo Ad. S. Mariae proxime ad Altare.

XIX. D.

m) v. Unsch. Nachr. 1738. p. 512.

XIX. D. Siegfried. Beckii, Varifcus.

Auram vitae hausit 1680. 16. Febr. Reichenbachii (oppidum Zwickaviae vicinum est, in Varifcia) Patre natus, Gottofredo Beckio, Mercatore non in celebri, & matre Christiana, e gente Wolfia. Somnium Matris, quae vterum gerens, per speciem nocturnam sibi visa est ædificare columnam, in templo, ex quo filium sacris litteris aliquando mancipandum praefagivit, pluribus exposuit Zeibichius, consummatissimus Vitebergensium Theologus, in programme n), ad actum solemnem, quo summis in Theologia Honoribus condecoratus est Noster. Primis Christianitatis & litterarum rudimentis domi imbutus & in agro, Altenburgum venit, Grossero, & post ejus discessum, Wenzelio, Rectoribus, & scholae Collegis, Frisio Sternioque de meliori commendatus. Jactis in hac schola solidis literarum fundamentis, adiit Lipsiam, vbi a Menkenio R. Acad. studioforum insertus est Albo. Audivit postea Olearium, Rechenbergium Schmidium, Guntherum, Starkium, Weisium, Wagnerum, ad quorum Gamalielum pedes sedens hausit limpidißimos omnis diuinæ humanæque sapientiae fontes.

Finito secundo anno, Magisterii jura adeptus animum advertit ad artem disputandi, concionandique. Ingenii autem vires expertus est sub auspicio Ittigii, perorando, de spuria & genuina poenitentiae methodo.

Octo annis in Academia cum fruge superatis, excurrit Rostochium, assumpto itineris comite, Rudolpho quodam, A. Magistro, quem Lipsiae jam ante audierat, Elapso tandem praestituto tempore, Fechtii, Grapiique deliciis exfatiatus, Dresdam repetit, vbi breue post Candidatorum examen (quod antea jam-tum subierat) Geringswaldensium Pastori in officio adjunctus, & post ejus obitum, haud ita multo post infecutum, spartam suscepit ipse, & administravit summa fide & dexteritate vltra tredecim annos.

Anno 1722. Leisnicensium Ephoriae Præfultatus, satisfecit populo & Ecclesiae supremo senatui, ex affe. Etiam hoc currente tempore Ciues indidem adventantes S. Rev. Beckio vegeto & incolumi viso, mirifice gaudent, & hac solenni die vna nobiscum gaudebunt omnes.

Tredecim annos Leisnicensi Ephoria cum laude functus, interrogatur per litteras ab Amplissimo senatu nostro scriptas: Vtrum Zwickavianam venire, & provinciam a Bluhmbergio desertam suscipere velit? Quod cum se facturum spondet, invitatur ad Concionem habendam *δοκιμασίην*.

D 3

Ad

n) Vitebergae scripto, 1735. Dom. VII. p. Trinit.

Accedit die 15. Maji 1735. & verba facit ad populum, communi omnium audientium plausu.

Die proxime sequente, solemn modo vocatur.

Die 20. Maji Colloquium subit in Senatu, Ecclesiae Dresdensis supremo; Dresda redux.

Die 4. Sept. ej. anni XIII. Trinit. Concione solenni habita accessoria, suscipit Ephoriam. †)

Scripta Nostri, quae rescimus, sunt

Disputatio inauguralis: De fide Apostolorum, tempore Christi in his terris degentis Viteb.

Concio, das denen frommen verheißne Reich der Herrlichkeit, leisnig.

Concio inauguralis beyhm Antritt Herr M. Titii Past. in Langhessen.

Eine Emigranten Predigt: rechtschaffner Befemner der Evangelischen Religion.

Ein Tractat: Ursprung und Absehen der vornehmsten Lehren und Ceremonien der Päpstlichen Kirche.

Eine Vorrede über Höfers Handbibel 1749.

Eine Vorrede zu Joh. Kamprads bibl. Hand- und Spruch-Register, 1727.

Modestiae limites a me laesum iri praeuideo, si in VENERABILIS VIRI laudes late excurrerem. Repudiavit ipse, (cum proxime domi suae a me consulatur de solennibus,) proluxa laudum encomia, verba interponens Davidica: Gott man lobet dich in der Stille zu Zion: Cui ego contra: Die Todten werden dich nicht loben, noch die hinunter fahren in die Stille. Quid opus est verbis? Res ipsa loquitur. Quotusquisque vel Zwickauensium, vel eorum, qui aduentant peregre, Beckium videns, non vidit virum humanum, comem, mansuetum? Quis in explendis officii rationibus non alacrem & promptum, in rebus tractandis non cordatum, candidum & sincerum? Si sisyphios illos, quibus toto vitae tempore fatigatus est, labores spectes, mireris, ita diu vivere & perennare potuisset. Quot enim per hos viginti quatuor Ephoriae annos sermones sacros e pio eruditoque pectore profectos habuit ipse, sonora & acuta voce fortique spiritu? Quot solennibus examinibus, quot exercitamentis Oratoriis in schola, quot personis sacris ex-

†) Herr D. Ködenbeck hat die Abholung von Leisnig besorgt. Es sind ihm einige Herren des Rathes, und viel Honoratiore bis Glaucha entgegen geritten. Obnweit der Stadt sind ihm die Herren Stadt-Bojate entgegen gefahren und sind sämmtliche einholende bis

vors Haus gegenwärtig geblieben. Abends hat man ihn mit einer schönen Serenade und Instrumental-Music beehret. Das Schul-Collegium hat ihn mit einem Glückwünschungs-Carmine bewillkommt.

plorandis, inaugurandis & confirmandis in toto Ephoriae ambitu, ipse prouidus promptus & alacris interfuit? Quot litigantium feruentes, ebullientesque iras interposita fide sua auctoritate & dexteritate suffocauit in ipsa semente? aut, ut fuit a partium studio longe remotus, ita composuit, ut neutri fieret injuria, utpote qui ipse viam placidae & pacatae vitae praeciuuit suo exemplo. Praeterea quoque munus Ephoriae, etiam in rebus magnis, a Summo Principe sibi commissis satisfecit ex asse.

Ad augendam ornandamque Bibliothecam, ipsumque adeo Numophylacium nostrum & Pinacothecam, quantum in se positum vidit, ipse contulit. Quot templa vel aedium Sacrarum sedilia in vrbe vel agro, ruinis labefactata, ope, consilio, praesidio suo, restaurauit? Quot abrogauit abusus in templis, quot dissolutos in scholis vrbanis & paganis mores feuerioris disciplinae capistro coercuit? & vindicauit a corruptelis?

Fructum pietatis tulit mentem recti consciam, illibatam famam, laetum & tranquillum animum, & HOS OCTOGINTA ANNOS, vegetos, viuidos, nullo morbi contagio vnquam interruptos, integram oculorum aciem, intemeratum aurium sensum, gressum alacrem, vocem virilem. Fructum fert pietatis, florem familiae, trium filiorum, Sacrorum Antistitem in Hermunduris celebrem, alterum in Emporio Lipsiensi mercantem, tertium negotiantem in Dresdensi Bibliopolio; & Filiam, vniam in viduatu vitae fociam, alteramque veluti manum, fulcrum domus, solatium senectae, fidissimam, obsequiosissimamque parastatem, Patri Venerabili fenescenti, canescentique dies & noctes vtraque manu opitulantem. Fructum fert tot Nepotes, & Nepotum, pro salute sua & vita ardentissimas preces. Denique Fructum fert pietatis

HUNC DIEM SOLENNEM EUCHARISTICUM,

qui nulli Ephorum Zwickauensium illuxit, a duobus retro inde & quod vltra est, seculis.

Inchoa fodes! VENERANDE SENEX! vna nobiscum spes nouas longioris vitae, aut eum praestolare vitae terminum, quem ipse Tibi aliquando definiueris, satur laborum & vitae.

Permitte quaeso! VENERANDE SENEX! ut ego primus assurgam, ex iis, qui Tibi e Lyceo precabuntur bona verba. Agam, cum pace Tua,

De more recolendi rerum gestarum memorias apud Veteres, cum votiuua acclamatione Germanico-metrica.

Succedet coniunctissimus Collega noster Christianus Daniel Longolius, ConR. Lyc. de eo, quod nemo maior in terris, nemo felicior sit, quam qui veneratur Deum, in Lingua Gallica.

Oratione



Oratione finita, interpositis hymni concentibus, in scenam prodibunt quinque Discipuli, Gente & mente nobiles,

E quibus Venerabili Auo suo Nepotum primus assurget

1.) Siegfried Christophorus Beck, Eybenstoco-Misn. dicturus: De triplici Senectutis fulcro; robusta natura, continentia, & pietate.

Metro Germanico.

2.) Christianus Augustus Wilhelmus Vinhold, Lipsia-Misn. Oratione Lat. De Sene, bono signo in domo.

3.) Gottlieb Ephraim Sachsus, Hartenstein-Schoenb. Oratione Lat. De justo Senum venerabilium cultu.

4.) Johann Gotthilf Hertelius, Zwicka-Misnicus. Oratione Latina, de tranquillitate animi, causa longaevae vitae.

5.) Christianus Gottfried Friederich, Zwicka-Misn. Addet Epilogum, cum pio voto, pro salute Patriae & vita Venerabilis Ephori.

Rogandi itaque sunt PATRES VTRIVSQUE REIPUBLICAE Amplissimi, VENERABILIS EPHORUS, & Symmystae, Admodum Plurimumque Reuerendi, Inspectores Grauissimi & Patroni, cum toto Ordine Senatorio

Lycei Magistri, & Collegae, omnes praeterea personae Reipubl. litteratae cujuscunque status & ordinis, Cives totius vrbs honoratiore,

vt sepositis grauioribus negotiis, praesertim in his temporum procellis, praefinita hora in Auditorio Majori conueniant, & conjunctis viribus Deum O. M. vna nobiscum sollicitent, vt PACEM Reipubl. quantocyssime reddere, beare Ecclesiam, Curiam, scholam, Ciuitatem & hunc VENERabilem SENEM

rore gratiae suae vegetare

& ad feros annos conseruare velit!




Pon Ye 5985 AK

ULB Halle
005 036 313

3







SINGVLARIA QVAEDAM EPHORORVM ZWICKAVIENSIVM
DICTA, FACTA ET FATA

QVAE
AD ACTVM ORATORIVM
SVMMS HONORIBVS

VIRI MAGNIFICI ATQVE SVMME-REVERENDI, EXCELLEN-
TISSIMI, AMPLISSIMI, DOCTISSIMI,
DOMINI

SIEGFRIED BECKII

THEOLOGIAE DOCTORIS, PASTORIS ET SVPERINTENDENTIS,
DE ECCLESIA ZWICKAVIENSIVM LONGE-MERITISSIMI
QVINQVAGESIMVM OFFICII SACERDOTALIS

ANNVM
IPSO DIE ASCENSIONIS CHRISTI, D. XXV. MAY,
CLOCCCLIX.

SOLEMNI MODO CELEBRANTIS
SACRVM

PRAEFATVS
VENERABILES LYCEI INSPECTORES, PRAETORES,
SENATORES, CIVES HONORATIORES OMNES,

VT
AD CRASTINVM DIEM VENERIS, HORA VIII-X

AUDITORIVM PRIMVM
PRAESENTIA SVA ILLVSTRARE VELINT
DECENTER ROGAT

M. CHRISTIANVS CLODIVS,

LYC. RECT. ET BIBLIOTHECARIVS, SOCIETAT. LIPS. TEVT. ET L. A.
ET IEN. LAT. SODALIS.

ZWICKAVIAE, TYPIS HOEFERIANIS.

Ye
5985